



Pagen =

- 10 -

13 15 24  
**Doctam et dissimu-**

**latam qvarundam rerum**  
**naturalium ignorationem**

**Cum simulata aliorum**

**scientia collatam,**

*In Academia Vitenbergensi.*

PRAESIDE

**M. HENRICO Blausing/**

Herford. VWestph.

ORDINIS PHILOSOPHORUM ADJUNCTO.

A. M. DCCI. d<sup>o</sup> Mart. 1<sup>o</sup> 1700

**In Auditorio Majori**

publico examini submitter

Respondens

**HERMANNUS HENR. Pagendarm /**

Osnabrug. VWestphalus.

---

VITENBERGAE

Typis CHRISTIANI FINCELII.

15





Q. D. B. V.

§. I.



Vemadmodum nihil humanam  
naturam minus attingit, qvam  
sensuum, mentis , ingeniiqve  
stupor & earum ignoratio re-  
rum, qvarum in vita humana  
est freqvens usus : sic e contrario  
hominis ( qvod rationis est par-  
iceps, qvod causas rerum vider,  
earumqve progressus & qvasi  
antecessiones non ignorat ) in-  
primis propria est veri inqvlitio atqve investigatio. Ita, in qvam,  
homini propria est inventio atqve indagatio veri, ut commu-  
nis sit omnium. Omnes enim trahimur & ducimur ad aliquam  
cognitionis & scientiae cupiditatem , vel nullo qvandoqve ad  
eam invitati emolumento : omnes qvarundam cognitione re-  
rum & scientiarum excellere pulchrum putamus, labi autem in  
ea, errare, decipi, & malum & turpe ducimus. Illud unum ne-  
scio qvis fiat , qvod huic veri videndi cupiditati adjuncta ple-  
rumqve est cum appetitio qvaedam principatus, tum vero ipsius  
qvoqve negotii difficultas qvaedam & magnitudo. Qvarum al-  
tera fit, ut multi eorum, qvi ad sapientiae studium animum ap-  
plicuere , nemini cedant, arroganter admodum de se sentientes,  
credentesqve , se nihil nescire, vel, qvod unum & idem est,

A 2,

ni.

nihil esse dicive posse, qvod non intelligere atque explicare, si ve-  
lent, possint, de qvibus suo loco. Altera fit, ut multi spem omnem  
scientiarum, animumqve adeo ipsum abjiciant, stulte admodum  
credentes, dubia esse incertaque omnia, omnes, seqve adeo eti-  
am ipsos, nihil scire posse per omne studium, industriam, vi-  
tamque ipsam, nisi fortasse illud unum, qvod nihil sciant. Au-  
tor certe libri, *quod nihil scitur*, Petrus Poirot in Libris de  
*Erud. Solida*, & alii, id unum maxime agunt, ut Philosophiam  
omnem evertant, nihilque adeo etiam rerum naturalium  
sciri posse ostendant: Petrus Gassendus, qui propter-  
ea ab aliis in Scepticis numeratur, in Paradoxicis suis *adversus Arist. Exercitationibus*, stabiliora qvaeque Philosophiae princi-  
pia, (serio id faciat, an secus, id perinde est,) convellit, nihilque  
non molitur in Dubit. & Instant. *adversus Cartesii Medit.* ut no-  
tissima qvaeque humanae cognitionis fundamenta infirmet,  
perpetuaque sua in rebus physicis dubitatione ostendat, verosi-  
milia esse in Philosophia multa, at sciri nihil posse, nisi forte illud  
qvod verbo Dei est revelatum. In qvos optime convenire arbit-  
ramur illud Terentii: *Nae faciunt homines intelligendo, ut nihil intelligent.* Enim vero nihil ignorare, solius Dei immortalis  
proprium est, qui hoc ipso hominum conditiones infinitis parti-  
bus supergreditur. Contra, ignorare omnia, & nihil scire vel-  
le aut posse, bestiarum est: Hominum, qui vere & tantum sunt  
homines, nemo unus est, qui vel nesciat nihil, velsciat, & scire  
nihil, sit velit, possit. Qvae cum ita sint, non certe dele&tū ali-  
quo aut sapientia ducuntur ad judicandum, sed impetu potius &  
qvadam temeritate, tum illi, qui se, aliosque Eruditorum nihil  
ignorare credunt, tum illi, qui nihil à qvoq; sciri posse op-  
inantur, idemque Libellis suis *de arte nihil sciendi vel credendi, de*  
*vanitate scientiarum*, & aliis publice defendere non verentur.

Illud

Illud profecto arrogantiae & imprudentiae, ne dicam impudentiae, hoc vero desperationis & humilis abjectique animi est argumentum.

S. 2. Contra per singularem Pythagorae modestiam, quae postea per perpetuam sibi & stabilem auctoritatem comparavit, factum est, ut nunc, moribus etiam nostris, prudentissimi quicunque, & sapientissimi hominum, Philosophi dicantur. Per illud bene factum esse existimamus pri opterea maxime, quod, qui unquam ad sapientiae studium se applicuere, jam inde usque à mundo condito omnium rerum humanarum vim, naturam & causas novis festuduerunt, nec tamen huc usque eas omnes invenire potuerunt, neque etiamnum & in posterum, quacunque demura scientiarum cupiditate ducantur, investigare possunt. Multa equidem & magna sunt, quae novitatus singuli, plura etiam & majora sunt, quae sciunt universi: sed plurima & maxima supersunt, quae ignorant & singuli & omnes. Pulchre propterea & facete Nonnemo, recepta est, inquit, opinio, Gallos prudentiores esse quam videntur, Hispanos autem prudentiores videri, quam sunt. Eadem, sic pergit, (ut cunque sint mores Gentium) moribus Sapientum, quos nunc philosophos appellamus, optime convenient: Illorum enim multi doctiores sunt, quam videntur, plerique sapientiores, atque sunt, videri volunt. Quod, quam vere dictum sit, non disputabimus, illud interea affirmantes, quod Philosophi, & in his maxime Physici, qui majorem Philosophiae partem sibi vendicant, vere sint, dicique possint Philosophi, propterea quod omnium rerum naturalium scientiam profitentur, amant & sequuntur, quam tamen huc usque asscuti non sunt: Quousque illam in posterum sint asscuturi, id dies decebit, nos interea meliora speramus. Recte de priori Francisc. Bac. de Verulam. qui, inquit, de natura, tanquam de re omnibus partibus explorata, pronunciare in praef. ausi sunt, sive hoc ex animi fiducia fecerint, sive ambitiose, more pro- Nov. Org. fessorio, Sient.

**C. I. Lib. I.** fessorio, maximis illi philosophiam & scientias detrimentis affe-  
**Aph. I.** runt. Et alias: *Philosophi* (*Physicos maxime intelligit*) *Naturae*  
ministri sunt atque interpretes, qui tantum faciunt & intelligunt,  
quantum de *Naturae* ordine re & mente observare possunt. In ean-  
dem fere sententiam, subtilis alioquin & gravis auctor in philo-  
sophia, *Scaliger*, nos, inquit, *in luce rerum tenui caligamus, in me-*  
*diocri cecutimus, in maxima insanimus*. Cui merito adjungimus  
illud *Somme-Reverendi* atque *Excellentissimi Domini Doct.*  
*Roeschelii*, Patroni, Praeceptoris atq; *Hospitis nostri omni obser-*  
*vantiae cultu humillime devenerandi, quando Veritas, inquit,*  
*in Philosophia Nat. thesauros suos nec unisoli, nec omnibus simul o-*  
*mnes retegit, sed per partes saltēm conficiendo praebet, nec paucio-*  
*ra, quam prodita dedit abscondit semper & tegit &c.* Atque adeo  
inde potissimum fieri nos arbitramur, quod, licet multa sciant  
Physici, pluratamen simul opinentur, & pleraque, si dicendum  
quod res est, ignorant.

**Posit. Phys.** §. 3. Hoc illud est quod plerique, hac in primis aetate no-  
**Miss. Sec. 8.** stra, ægre admodum fatentur, existimantes satius esse, simulare  
**IX.** omnium rerum scientiam, quam qvarundam ignorantiam, quae  
**Lib. V. far-** tamen docta esset, docteque dissimulari posset, profiteri. Hi  
**mil. it. pro** qvemadmodum non animadvertunt illud *Ciceronis: Impu-*  
**Guent.** *dentiae est profiteri, quod non possit implere*: Ita nobis in primis  
causam attulerunt, quamobrem doctam & dissimulatam rerum  
qvarundam ignorationem hoc loco describere, eandemq; cum  
simulata hujusmodi philosophorum scientia conferre volueri-  
mus. Nihil hoc ipso temere aut insolenter factum à nobis esse  
speramus, tum qvia alio illud animo non fecimus, quam ut ipsi  
rectius intelligeremus, utra harum in philosophia naturali praefet,  
num simulata omnium rerum scientia, an docta illa, quam  
dissimulatam diximus, rerum qvarundam ignorantia? Tum ve-  
ro qvia alios, qui vel idem vel simile quid in studiorum genere  
alio

alio cum laude tentarunt, imitamur. Nicolaus de Cusa Cardinale tribus libris Doctam ignorantiam descripsit, sed non sine errore summo & maximo indoctae ignorantis argumento: Omnim Lib. I. de In-  
um enim cognitionem rerum divinarum, & fidem ipsam do-  
ctam esse ignorantiam, affirmat, quod idem Bellarmine, cum bif. c. 7.

Monachis omnibus qvos fratres Ignorantiae vocant, docet. Qvi-  
bus non favet Augustinus, quando, DE Umptius ignorantia quam  
scientia attungi docet: Nihil enim minus ille his verbis quam do-  
ctam istam Cusani ignorantiam probat. Bene è contrario & do-  
cte non solum de Ignorantia generatim tribus partibus, ve-  
rum etiam de docta Ignorantia disputavit partibus duabus  
Gisbertus Voetius, atq; ita quidem disputavit, ut multa, tum qvae  
in omni philosophia, qva Metaphysicae, qva Matheseos, qva Hi-  
storiae nomen habet, tum vero in primis etiam, qvae in rebus Dif. select.  
Theol. Parte III. p. 668.  
sqq.

Theologicis pie docteque ignorari à nobis & possunt & debent,  
collegir. Hujus maxime, ut & aliorum, qvorum ille citato  
loco meminit, industriam nos quoque imitaturi, idem in physi-  
cis tentabimus, dum doctam aliquam & dissimulatam rerum  
qvarundam naturalium ignorantem, quod jam jami fier,  
describemus. Vid. porro Becmanni doctrina moralis eo loco, u-  
bi de docta Ignorantia & Neutralitate disputat.

S. 4. Doctam vocamus ignorantiam, sine verborum, ut Lib. I. Me-  
arbitramur, pugna, eo fortassis jure, quo solet alias apud Ovidi-  
um discordia, res ceteroquin perniciiosior, concors dici, jus sum-  
mum, apud Terentium, summa saepē injuria & malitia, severitas  
apud Plinium mitis, item, via invia, daga adopā, mendacium ho-  
nestum, furtum licitum, & qvae sunt id genus alia, apud Philo-  
sophos pariter ac Philologos passim quae invenies. Neqve enim  
ii sumus, qvivel nobis ipsis, vel aliis persvaderi patiamur, o-  
mnem ignorantiam esse in vitio, aut pro malo vel turpi, vel tri-  
sti habendam. Evidem ignorantia qvam pravae dispositionis  
et contraria secundum Aristotelem vocant, cui contrarius ad- 2. Posterior A.  
jun- nalyse.

*in Med. et  
Princ.*

*cit. loc.*

*pro Cluens.*

junctus est error, qvamq; non male corruptam scientiam di-  
xeris, ea tota, qvanta qvanta est, in vitio est, atq; omnino refe-  
renda ad malum non triste solum, sed & turpe, neq; docta dici  
qvoq; modo potest. Ita, verbi causa, qvi secundum *Carte-*  
*sium*, tempore dubitationis suae, omnium rerum naturalium,  
suiq; adeo ipsius est ignarus, per errorem summum, qvo credit,  
qvod sit dubitandum de rebus omnibus, nae is vehementer er-  
rat, nunq; probaturus, se illud docte ignorare, qvod ignorat.  
Deinde, si quis forte eum Zenone, Parmenide, Melislo, &, ex  
recentioribus, Bernard. Connor, atq; aliis, ignoret motum  
corporum naturalium, eundemq; in omnibus, seq; adeo et-  
iam ipso neget, ita, ut contrariam sententiam Zenonis & reli-  
qvorum, de quiete, & DEO omnia movente, non amplectatur, is  
velimus, ut *naviget Anticyras*, & meliora doceatur: Hac enim  
sua se ignorantia turpiter dabit, eandemq; velut doctam ne-  
mini facile obtrudet. Est qvidem hæc ignorantia ea, qvae secun-  
dum *Aristotelem* ignorantia puræ negationis & contradic-  
toria dici deberet, qva quis qvid ita nescit, ut in opposito errore  
non versetur: Sed vero affectata tamen, supina, superba, vinci-  
bilis, & propria culpa contracta est, cum qvae per status, aeta-  
tis, aut officii rationem, hujusmodi Philosophus scire poterat vel  
debebat, ignorat. Ista haec certe ignorantia docta dici non  
debet, qvia in vitio est, &, secundum *Ciceronem*, ad humanae na-  
turæ infirmitatem & coicitatem pertinet, estq; conjuncta ut plu-  
rimum cum gravi atq; intolerabili qvadam impudentia & arro-  
gantia: Ita namq; quotidie videamus, qvod, ut quisq; maxime  
est imperitus atq; ignarus rerum omnium, ita maxime sit inso-  
lens non minus, qvam imprudens. At enim vero restat ignorantia  
qvaedā laudabilis & affectanda, qva qvaedam nos scire nō igno-  
ramus, idemq; non diffitemur, qva, inq; vam, earum rerum di-  
vi-

vinarum humanarumq; ignari sumus , qvae Deus & Natura, ut  
nos laterent, voluerunt, qvaeque per lumen Naturae & Scriptu-  
rae revelatae non sunt, adeoq; nec per vires ingenii nostri, ut  
ut sint plane singulares, nec per industriam, & labores hominum,  
licet improbi sint, investigari possunt. Haec est illa ignorantia,  
qvae docta alias & invincibilis dici solet, qvo pertinet illud *Jo-*  
*sephi Scaligeri ex Jambi. Gnomic. § 21.* qvod est a *Voxio repetitum*  
*c.l. Nescire velle, qvae Magister maximus docere non vult, erudit a in-*  
*scititia eſt. Ex qvibus, qvia generatim de docta ignorantia dicta* *Disp. de*  
*Ignorantia*  
*docta.*  
sunt, facile intelligitur, qvid sit docta rerum naturalium igno-  
ratio, qvae proprie est hujus loci. Videlicet est nihil aliud, qvam  
nostrae in rebus qvibusdam Physicis, qvae sciri nequeunt; igno-  
rantiae , ipsarumq; adeo rerum naturalium ignoratarum aut  
ignorabilium, qva talium, cognitio. Hujus non incongrue duae  
constitui possunt qvasi partes: altera , qvae ipsa rerum qvarun-  
dam naturalium in scientia est, qva, qvae sciri in Philosophia Na-  
turali non possunt, neque etiam per rationem status nostri sciri  
debent, ignoramus: altera, qvae agnitio & scientia est nostrae  
illius ignorantiae, qva, qvod multa rerum naturalium nesciamus,  
ipſi animadvertisimus , idemq; ubi opus est, aperte atq; inge-  
nue fatemur. Prior illa, nemo unus est, qvi omnino vacare pos-  
sit : At posteriorem in multis lynceis Naturae Speculatoribus  
maxime desideram⁹, qvi stulte admodum credunt, a se solis alie-  
na esse humana omnia, inq;ve hac sua confidentia non animad-  
vertunt, qvod ne prima qvidem verae sapientiae principia intel-  
ligant, qvae sunt de cognitione sui ipſius. Sed illos infra nem-  
inabimus, ubi paulo liberius , qvo loco debeant haberi, decebi-  
mus. Nunc unum illud adjungimus, qvod descripta nobis antea  
rerum naturalium ignoratio docta dicatur & erudit a maxime  
propterea, qvod doctrinae & scientiis nostris, (qvalis nunc esse  
poterant & debebant,) nihil officit, sed eas potius in signi qvadam  
cognitionis accessione auget, dum docet, nos scire & probe a-  
nimadvertere debere, qvod sint in Philosophia quoque Naturali  
& multa & gravia, qvae per rationem nostrarum virium nescire  
debeamus. Deinde propterea quoque docta dici potest, qvod

**D**octoris simos qvosque maxime decet, eosdemqve modestiores  
juxta & prudentiores reddit, ne arroganter de se sentiant, neve  
solum cogitent, exemplo fortassis Heinri, quantum sit illud, quod  
sciant, verum etiam simul adjungant, freqenterqve ad animum  
revocent, exemplo Boxhornii & aliorum, quantum sit illud, quod  
ignorant & singuli & omnes, vel etiam Theophrasti, divini, ut Cice-  
roni dicitur, Oratoris exemplo, quod, quae cuncti sciunt, minima pars  
sit eorum, quae ignorantur.

**S. 5.** Quid si vero, ut suspicamur, fuerint, qui doctam hanc  
nostram ignorantem piam quoque dici vellent, propterea quod  
multa complectitur, quae per leges pietatis nesciri debent, nec,  
nisi ab homine superstitione, aut nimis curioso sciri possunt;  
illis non usque adeo nunc adversabimur, dummodo illud probe  
animadvertiscant, quod nos doctam hoc loco magis, quam piam  
rerum naturalium ignorantiam describere voluerimus. Sunt  
alioquin, quod non inficiamur, qui, nescio quam Philosophiam  
Naturalēm superstitionēm, Magicam atque occultam profiten-  
tes, multa de rerum antipathiis & sympathiis, multa de occultis  
qualitatibus, multa de signis, imaginibus, & signillis, aliisqve ine-  
ptiis magicis somniant. Quarum nugarum pleni sunt Libri A-  
grippae de Occulta Philosophia, item Frommanni Lib. de Fascinat. quem  
judice Morbofo, Pandectas omnium superstitionum anilium recte dice-  
ris. Vid. etiam Thom. Brownii Pseudodoxiam Epidemiacam & alios ma-

**Vid. Ernest.** gno numero citatos à Gisb. Voetio in Disp. gemina de Magia, quam  
**Burggrav.** videre & legere licet in Part. III. Disp. Select. Sic, verbi causa, quae  
**Panopl.** traduntur ab aliis de herbis quibusdam & rebus aliis naturalibus  
**Phys. I. Ga-** arte praeparatis, de signis quoque & imaginibus variis, quibus  
**briel. Nau-** corpora hominum & bestiarum muniti posse credunt contravim  
**dae. Lib. de** externam, gladiorum sectiones, aut globulorum iectus; quae de  
**Stud. Milli.** virgula divinatoria bifurcata, non sine incantationibus ac cere-  
**f. 32. & alios.** moniis magicis ex corylo forte aut arbore decerpta; quae de cura-  
**Vid. Molin.** tioneibus sympatheticis & magneticis variis generis & non uno no-  
**Phys. V. c. 7.** mine suspectis; quae de fuga Daemonis, von dem Johannes Kraut/  
**Vid. S. Baut.** de madragoris, quae & circaeae dicuntur, von den Alrauenen/  
**lon. Medic.** de haemorrhogia cadaverum, deque id genus vel sexcentis aliis  
**Mag. sed** pas.  
**sartum Phys.** Vid. Thom. Brown. Pseudodox. Epidem. p. 59 523/seqq.

passim tradunt nimium curiosi & superstitionis rerum naturalium  
Scrutatores: Haec, inquam, & omnibus iis, quae sunt generis eiusdem, doce non minus, quam pie ignorari posse existimamus.  
Unde merite gravissimam Fr. Baconis de Verulamio, viri sapientis simi, de his rebus sententiam huc transcribimus, quando, sunt, inquit, magis curiosa quaedam quam sana, Magorum scilicet opera, quae si quis introspexerit, dubitabit, utrum risu an lacrymis dignasint. Sunt profecto illa, si quae sunt non facta atque excogitata, illius generis, ut ad admirationem & novitatem, non ad fructum & pietatem accommodata sint. Quo cum optime convenit illud Morboſii, quando, valde, in Colleg. inqvit, vereor ne Daemon aliquis sub Larvis istis latitet: Unde etiam Thys. cap. huc usque istis operibus atq. opinionibus Magicis manum plane esse amovendam judicavi, veritus, ne ignis suppositus sit cineri doloso. Sed haec de Occult. Qual. hanc tenus de pia rerum naturalium ignoratione, nunc in viam quaeſo revertamur, & quid disſimulata sit rerum naturalium ignoratio, videamus.

§. 6. Videlicet, cum inscribemus exercitationem hanc nostram, ex composito ignorationis vocabulo utebamur, propterea maxime, quod ignorationem minus in vitio esse & plura complecti, quam ignorantiam, arbitrabamur. Ex quo & illud factum est, quod rem ignorare, non semper idem esse voluerimus hoc loco, atq. eam prorsus nescire. Istud enim si ita esset, tum certe (ut quid inter sit inter ignorare & nescire, nunc non dicamus) nulla ignoratio disſimulari deberet, quod tamen jam jam, qui fieri possit, explicabimus. *Enim vero scire est, secundum Cartesium & Recentiores, rem clare & distincte persipere, vel, secundum Aristotelem & Peripateticos, rem per causas, propter quas ita est, ut aliter se habere non possit, cognoscere:* Sic namque Philosophus scientiam describit: ἐπιστήμη ἐπιστήμην εἰδένεται, quae animum plane reddit εἰδεῖται τον γηγενέαν τον. Quicquid igitur hujusmodi scientia non est, & in Philosophia Naturali clare distincta est; aut certe cognosci, h.e., sciri non potest, illud omne doceat disſimulataeque ignorationis vocabulo, comprehendendi posse videbatur, ut ut alii non male ab ignorantia opinionem distingvant, & igno-

rantiae ignoracionisqve vocabulum unum esse atque idem ve-  
lant. Videlicet alias ignoratio eorum est, quae plane  $\alpha\gamma\omega\sigma\alpha$  sunt,  
quaeqve nec per causam evidentem & veram, nec per verosimi-  
lem aut probabilem cognosci atque investigari possunt, sive sint  
res naturales ipsae, sive horum modi, origines, causae, & quae  
sunt generis ejusdem, illud perinde est: Horum ignoratio docta  
qvidem est, & docta à Doctis dicitur, ut supra docuimus, at dis-  
simulari tamen non debet, neqve etiam potest. Alias ignoratio  
eorum est, quae non qvidem sciuntur, nec certo cognosci à quo-  
quam aut demonstrari possunt, persuationem tamen admittunt,  
& opinionem, adeoqve in argumentis probabilibus & conjectu-  
ris maxime nituntur: Horum ignoratio docta simul dici & dissi-  
mulari potest. Ex qvo intelligitur facile, quae nam nobis igno-  
ratio rerum naturalium dissimulata dicatur? ea scilicet, quae plu-  
rimarum rerum naturalium, in profundo obstrusarum, scientiam  
non profitemur, opinionem tamen de iis dicimus, cum nostram,  
tum aliorum, eandemqve docte exponimus, & quantum fieri  
potest, tuemur, ne ignorationem, quam alias non inficiamus, to-  
ties propalam & velut in omnium conspectu collocemus. Haec  
omnia qui probe intellexerit, non facile vitio nobis vertet, si for-  
te nunc idem illud, quod de Socrate & semet ipso Cicero fatetur, in  
physicos transferamus, & eos saepe ignoracionum dissimulatio-  
nibus uti, ac magnos esse opinatores, dicamus. Neqve enim face-  
re possunt, quin, cum, quod volunt, non licet, id agant, quod pos-  
sunt, cum, inquam, in plerisque invenire & certo cognoscere ve-  
rum nequeunt, id tamen inquirant & postea ostendant, quod à  
vero non multum fortassis abhorret. Quemadmodum vero se-  
cundum illud Horatii:

*Est quiddam prodire tenus, si non datur ultra:*

Sic volupe est & maxime laudi dicitur, in arduis rebus & abditis,  
quae fere inveniri nolunt, investigandis, vel certe exponendis  
versari, hoc est, earum rerum, quae sciri nequeunt, ignoracionem  
docte dissimulare. Huc pertinet illud Ciceronis: *Omnia scire, cuius-*  
*cunq; modi sint, cupere, curiosorum est;* duci vero majorum rerum con-  
templatione ad cupiditatem scientiae, summorum virorum est putan-  
dum.

L. 4. quæst.  
Acad, ma-  
gnus, inquit,  
sum opini-  
tor quia fa-  
piens non  
sum.

Lib. 5. de  
finib.

tum. Hoc illud studiorum genus est, quod tot ac tantis Philosophis (qvorum memoria hoc ipso jam dudum immortalis facta est) ita semper placuit, ut in eo omnem aetatem consumferint, vel etiam nunc, si vivos respicias, consumant: De qvorum gloria, industria, & opera tantum abest ut detrahere per nostram hanc ignorationis laudem voluerimus, ut potius eam hoc ipso, qvibus possumus, modis omnibus extollamus & veneremur.

§. 7. Neque enim i sumus, qui, dum ignorationem quan-  
dam laudamus, eandemq; doctam dicimus, velimus adesse de-  
fensores illis, qui omnia in Philosophia naturali incerta esse cre-  
dunt, & secundum illud Ciceronii, nihil in ea certum sciri, nihil plane  
*Vid. prater*  
*cognosci ac percipi posse*, docent. Qvod fecerunt tum ex antiquiori-  
*Plutarch.*  
bus Sceptici, Pyrrhonici, discipuli, eam maxime partem, qva physi-  
*Sext Empi-*  
*ricam, impr.*  
ci dicebantur, quando, nescio qvam prætexentes rerum natura-  
lium mutabilitatem, viciisitudinem atq;e inconstantiam, vel  
*Laertium*  
sensuum qvoq;e fallaciam atq;e imbecilitatem, nihil omnino  
*cum alias*  
rerum naturalium vel sensu vel ratione comprehendendi posse sta-  
*tum vero*  
tuebant, (serio id fecerint an minus, nihil attinet nunc disputare)  
*maxime in*  
ne illud quidem, qvod nihil scirent, qvo ipso detersiores multo  
*vita Pyrrh.*  
fuerunt Socrate, qui hoc tamen unum se scire, identidem docebat,  
qvod nihil sciret. Tum ex recentioribus Aporetici & Sceptici novi,  
si qui sunt vere tales, qui hac impr. aetate nostra, qvod ad philo-  
sophiam Naturalem attinet, nullam prorsus sententiam ample-  
tentis, omnia in utramq; partem disputatione ac defendant, adeo  
qve omnia ignorari, & nihil sciri posse, stulte admodum credunt,  
vel Democritaeorum & Epicureorum mores imitati docent, omnem  
Eruditorum doctrinam & sententias, cum in omni Philosophia,  
tum in Naturali maxime, ab opinione hominum & sensuum ju-  
dicio, hoc est, inani qvadam persuatione proficisci: Qvorum vel  
unum nominasse sufficiat (reliquos vide in Scepticismo Debellato  
*Petr. Devillemandi*) scilicet Autorem Libri, Qvod nihil scitur, qui,  
cum de philosophia Naturali disputatione, omnis inquit, cognitio nostra p. 27 seqq.  
& sensu trahitur, hinc omnia confuso, dubitatio, perplexitas, divinatio:  
nihil certum &c. Horum omnia (& si qui sunt alii) ignorantia  
Sceptica & Aporetica tantum abest, ut laudari docta qve dici me-  
*Fonscam,*  
*Piccol. Phil.*  
*Mor. c. 31.*

reatur, ut potius cum docta illa & dissimulata ignoratione no-  
**C. ipsissq.** stra conferri prorsus nulla ratione posit. Recte Petrus Deville-  
mandi, Scepticis mus, inquit, gravissima est omnium, quae & scientia &  
humanae vitae advenire queunt, clades, adeoque acerrime impugnandus,  
quod ipse toto suo lib. de sceptic. debellato fecit, optime etiam se  
habent illa Ciceronis, quando, de Scepticorum Physicorum, & Academ-  
**L. i. de Nat.** icorum qvorundam sententiis, non sunt, inquit, Philosophorum ju-  
dicia, sed delirantium somnia, multa absurdiora illi, quae Poetarum voce  
fusa, ipsa suavitate nocuerunt.

§. 8. Haec omnia cum disputamus, illud etiam porro  
monendum ducimus, quod nos supra ignorationem Doctam  
describere voluerimus, non Doctorum, praecipue si singulos re-  
spicias. Singulorum enim ignorantia, quod probe novimus, in-  
docta aliquando est & turpis, cum ea, quod ad naturalem Philo-  
sophiam attinet, ignorant, quae scire vel poterant, vel debebant:  
Deinde inter singulos alii ut plurimi aliis sunt & prudentiores,  
& perspicaciores, ut possint esse rerum quoque naturalium quae-  
dam & magna & gravia, quae, cum hos atque illos fugiunt, aliis  
forte cognita jamdudum & perspecta sunt, quae, inquam, nos  
fortassis nunc latent, cum Majoribus tamen nostris & Veteribus  
Philosophis patuere. Inde adeo facile intelligitur, nostra Do-  
ctae Ignorationis laudatione nos illis non adversari, qui de Anti-  
que deperditis & Nove reperiis, de Inventis Novi Antiquis, de In-  
ventionibus & Inventoribus rerum scripserunt, quod fecerunt cum  
Salmutho, Pancirollus, Paschius, Polydorus Virgilinus & aliis, vel etiam  
iis, qui in augendis scientiis cum generatim omnibus, tum speci-  
atim physicis operam suam collocarunt, quod egregie fecit  
praeter ceteros Physicos recentiores in primis Franc. Baio de Ve-  
rulamio in opere suo de Augment Scientiarum. His, inquam, omnibus,  
imo vero illis etiam, qui Physicam Scientiam esse dicive posse  
tuenter, non adversamur: Ignoratio enim nostra, quam nos do-  
ctam hoc loco ac dissimulatam diximus, & Physicae & Physicis,  
horumque industriae & laudibus nihil detrahit.

§. 9. Quod si vero nunc aperte atque ingenue fateri li-  
cet, quinam sint illi, quibus nostra haec de Ignoratione disputatio  
oppo-

opponatur, vel verbo id fieri potest; Sunt nimurum hac in primis  
aetate nostra, lyncei qvidam & nimium curiosi rerum naturali-  
um speculatores, qvos pudet fortis sua, (ut solet nemo facile sua  
forte contentus esse) qvae tamen communis est omnium homi-  
num, qvando qvaedam rerum naturalium non possunt non ne-  
scire. Hi facturi discessionem in sententiam Scepticis contrari-  
am, in contrarium errorem (ut solet facilis esse summorum Viro-  
rum in oppositos errores illapsus) prolapsi sunt ita, ut è contra-  
rio nunc omnia se scire, vel scire posse simulent, sibi qve adeo  
ipsis & affectis suis, maxime ut plurimū aemulis, summam omni-  
um rerum naturalium scientiam liberaliter admodum promit-  
tant, ignari illius Plautini. *Qui omnia se simulant scire, ne quicquam*  
*sciunt.* Non itaque illud Metaphysicorum: *Sapientia & nostrum*  
*est omnia scire, neque illud Algebristarum: Nostrum est nihil non in-*  
*vestigare, hoc loco attingimus, qvippe qvod utrumqve, si qvidem*  
*commode exponatur, admitti potest.* Omnium autem rerum  
naturalium scientia, qvam multi, licet non habeant, nec habere  
possint, simulant, illa est, qvam doctae nostrae & dissimulatae  
ignorationi opponendam, cumqve ea probe conferendam du-  
ximus. Id qvod, ut jamjam facturi sumus, ita unum illud mone-  
mus, qvod, qvi simulant hujusmodi scientiam, non uno eodemq;  
modo id faciant omnes. Alias enim, aperte qvidem, & disertis  
verbis sed admodum arroganter se omnia scire, vel etiam scire  
posse profitentur. Alias methodis & rationem, sine studio & labore  
magno omnium rerum naturalium scientiam acquirendi, tra-  
dunt in hoc potissimum fundamento nitentes, qvod intellectus  
hominis in rebus inveniendis atqve intelligendis plane non  
posit errare. Alias denique ipsa praxi, ut ita loquamus, osten-  
dunt simulatam illam scientiam, qvando res difficillimas qvas-  
que & maxime abditas tum facile sciri & demonstrari pesse sibi  
suisqve persuadent, levissima faltem & maxime incerta, qvando-  
que etiam falsa, si forte adjungantur argumenta. Qvo ipso non  
animadvertisunt illud Ciceronis, *ut pulcherrimum est vera videre, sic Pro Lincei.*

§. 9.

§. 10. Huic orationi nostrae ut fidem faciamus, adjungamus quae eo eidem ipsa qvorundam philosophorum de hac sua πανσοφία simulatione verba. Sic vero Renatus des Cartes, gravis alioquin Auctor in Philosophia, quem primo loco propterea nominamus, qvod aperte admodum atque ingenuo de hac πανσοφίᾳ simulata loquitur, sic, inquam, de semetipso perhibet in synopsis Med. c. I. conatus sum, nihil scribere, qvod non accurate demonstrarem, & in Object. primis ad Med. p. 43. Quocuid cogito verum est. Alias in lib. de Methodo eam se methodum invenisse gloriatur, quā se à lapsu omni tutum servare posse, quamque describit in Medit. IV. de vero & falso, his verbis: Jam videor mibi videre viam, per quam ad certarum rerum cognitionem (intelligit omnes thesauros scientiarum & sapientiae omnibus alioquin huc usque incognitos) facile deveniatur; Ubi porro hunc in modum colligit: Deus, concedens mihi iudicandi facultatem, non fallit, Ergo & ego non quām fallor, nego, ut errem, fieri potest, nisi velim errare Nullus itaque error est in intellectu nostro &c. vid. p. 23. Qvod usque adeo verum esse arbitratur, ut non vereatur docere, hanc suam sententiam nihil habere dubitationis. Haec omnia & siqvae sunt alia, excusare studet, & minus arroganter dicta esse & prescripta vult Auctor Annotationum in Cartesii Medit. Dum nemo, inquit, exilimes Cartesium, virum sapientem, tantam de ingenio studioque suo concepisse fiduciam, ut perfectam & adaequatam sibi rerum cognitionem promiserit: Nam probescivit maiorem veritatum partem in profundissimo puto demersam, nos latere, neque ulla diligentia protrahi in lucem posse. Verum enim vero hoc ipso tantum abest, ut diluat illud arrogantia et simulationis crimen Cartesii dudum objectum, ut potius postea a sciens prudensque in eundem errorem rapiatur, indeque adeo in suspicionem simulatae πανσοφίας ipse veniat. Qvorum enim illud, qvod in Annot. ad Princ. Cart. Philosophos posse non errare, scribit, si velint non errare? Quasi vero omnium fons & origo errorum voluntas sit atque intellectus nullo unquam tempore errare possit. Ut taceamus, qvod, in Annot. ad Medit. Cartesii, Cartesium ipsum, cum sua isthac de non errandi viribus sententia, reprehendat

prehendat subinde & accuset. Qvemadmodum vero hæc Cartesiana πανορός simulatio intelligi potest de Philosophiæ partibus generatim omnibus: Ita speciatim ad eam, qvae Naturæ dicitur, ab ipso Cartesio, & iis, qvos Cartesiano nominamus, præcipue extenditur, eamqve ob causam maxime huc pertinet. Deinde praetermittendi hoc loco non sunt illi, qvos, qvia à Cartesianis disting vi volunt, Mechanicos vocare solemus: Hi nam. qve suo Mechanismo, & paucorum de motu ac materia principiorum vel hypothesis ope rem omnem in Philosophia Nat. consici, nihilqve adeo non investigari, demonstrari & sciri posse credunt. His adjungi debent omnes illi, qui ad suae in rebus physicis scientiae simulationem opem atqve institutionem Daemonis, fraudes etiam ac dolos malos, & nescio qvod obscurum Magicum & Cabalisticum philosophandi genus, adjungunt, inde qve adeo, more modoqve Enthusiastarum, omnium scientiarum rerum naturalium haberi, & miranda qvaeqve praestari posse opinantur: ut taceamus eos, qui ipsa, ut diximus, praxi magnos se esse in rebus physicis scientiarum simulatoros ostendunt, dum, experientiae & experimentis suis mechanicis nimium confidentes, multarum scientiam rerum Philosophia Naturali, qvae huc usqve sciri aut demonstrari non potuerunt, simulant. Qui utinam animadverterent illud summi in Anglia Cancellarii Baconis de Verulam, qvando, in ipsa, inquit, Experimentorum Mechanicorum copia, summa eorum, qvae ad intellectus informationem maxime faciunt, & juvant, de tegitur inopia. Vaga experientia est, se tantum sequens mera palpatio est, & homines potius supereficiat, quam informat. Sed haec de istis scientiarum simulatoribus, ipso Argo qvandoqve perspicacioribus, sufficiant. Plura de iis adjungere, & singulos, singulorumq; hypotheses, hic recensere neqve per hujus loci, neqve per instituti, nostri ratione licet: Videantur tamen in hanc rem Missus Posit. Physl. Priores Summe Reverendi atqve Excellentissimi Dn. D. Roesbelii, Philosophiae Naturalis Professoris celeberrimi, & ea, qvae in lectionibus suis privatis hactenus copiose de hac re & erudite docuit, si qvibus sunt in promptu. Nos,

C

qvod

quod reliquum est, cum docta illa nostra rerum naturalium igno-  
ratione simulatam hanc scientiam porro conferemus, ut ipsi, u-  
tra earum in Philosophia Naturali praestet, intelligamus.

§. ii. Nimirum proficitur ab ingenii quadam modestia  
& magnitudine, ab temperatis moderatisque Virorum in Philo-  
sophia Nat. praestantissimorum studiis atque moribus docta  
nostra, quatuor dissimulatam vocavimus, rerum naturalium igno-  
ratio. Primum incredibilis est rerum investigandarum inPhi-  
losophia Nat. multitudo, cum ipsius inquisitionis quadam dif-  
ficultate propemodum insuperabili coniuncta; nostrum autem  
intelligendi virium magna quaedam inopia est & imbecillitas, se-  
cundum illud Philosophi: *Quemadmodum vespertilionum oculi ad*

*L. ii. Me. lumen diei se habent, ita mens nostra πρόστιμη Φύση θεογονία τατα*  
*tab. C. i. πάλιν, ad ea, quae alioquin in natura sunt omnium manifestissima. De-*  
*inde, ut alias, ita in Philosophia quoque Nat. secundum illud*  
*verbum, vulgo quod dici solet, pars magna est sapientiae, quaedam*  
*aequo animo nescire velle, et ea, quae mutari nequeunt non aegre ferre.*  
*Haec omnia Eruditissimi qui que Physicorum dum probe anim-*  
*advertisunt atque intelligunt, non possunt facere, quin modeste*  
*de se sentiant, multarumque rerum naturalium ignorationem,*  
*vel aperte, ubi opus est, fateantur, vel etiam, si fieri possit, docta*  
*dissimulent. Praeterea docta haec nostra, de qua disputamus,*  
*ignorantia non modo nunquam non in finibus suis se continet,*  
*nullius nisi, quod nobis convenit & jure tribui potest, appetens;*  
*verum etiam omni periculo caret, & pietate nunquam laesa, sci-*  
*endi studium ac desiderium usque adeo non minuit, ut cum de-*  
*siderio ipsam scientiam augeat potius, & miris modis promove-*  
*at. Unde illud, quod paradoxon videri poterat: Ignorantia sci-*  
*entiam parit. Quod de docta hac nostra ignoratione intelligi*  
*omnino debet, ut sensus sit horum verborum, tum demum ad sci-*  
*entiae cupiditatem nos duci et vere sapere, (ut alias, ita maxime*  
*tia nihil in Philosophia Nat. ) cum quaedam nos ignorare animadverti-*  
*sciendi. mus. Hinc recte Nonnemo, facile, inquit, in scientia proficit, qui*  
*fibi multa de esse novit, facile discere incipit, qui se nescire prius didicit.*

Hami-

*Humilis est enim sequitur sapientia, Dea illa, montes odit, vallis amplectitur.  
Atque adeo hinc etiam videmus, quod ut Physicorum quisque  
minime arroganter de se suisque studiis sentit, ita felicissime  
proficiat, sique maxime rerum Naturalium peritus.*

§. 12. E contrario simulata illa omnium, vel quareundam rerum naturalium, quae sciri nequevane, scientia est & confidentia, & impudentia, ne dicam imprudentia, & arrogantia, quae pestis est omnis Philosophiae, argumentum. In quam sententiam com mode admodum scribit, cuius identidem meminimus, Fr. Baco de *In Scal. In Verulam*, perfectam rerum naturalium cognitionem velsibi, veletiam na tell. s. *Filiatura humana attribuere atque afferre, temerarium quiddam atque im-Labry, potenter impudentisque animi censori debet. Cui illud Erasmi Roterod. In Encom. adjungeremus, nisi fortassis paulo liberius esset dictum, quando Mor. prodeunt, inquit, Philosophi, qui solos sapere predicate, reliquos omnes per umbras volitare. Quam vero fsvaviter delirant, cum innumerabiles adificant mundos dum solem, lunam, stellas et angoram pollice merintur, dum fluminum, ventorum, eclipsum acceter arum inexplicabilium rerum causas reddunt, cum nihil omnino sciant, tamen omnia se scire profidentur, cum se ipsum ignorant, neque forsitan aliquoties vel saxum obvium videant, vel quia lippiant plerique, vel quia peregrinantur, animi in ideas, formas, nescio quas, materias, formalitates, atque instantias vide repredicant, res adeo tenues, ut neque lynceus, opinor, posse respicere. Haec eqvidem de simulata recentiorum Physicorum scientia ab Erasmo dicta non sunt, optime tamen in eam conveniunt, & hoc majorijure a nobis in eam transferuntur, quo ea cum maiori temeritate & periculo est conjuncta. Nam vero ut rerum naturalium causas investigare, (si quidem moderate id fiat,) inquit, hac in dagatione perpetua quadam sciendi cupiditate duci, pulchrum est: ita nimis curiosum esse in Philosophia Nat. & plus scire velle, quam quod sciri potest temeritatis quaredam species est, quam non potest non sequi periculum aliud alio plerumque gravius. Plinius quondam in montis Vesuvii incendio, dum ejus causam investigate cupiebat, periit, siquidem habenda est fides *Epiſtola ad Tac.**

Tac. C. Plinii Iunioris, quae libri VII. sexta est & decima. Ita, qvi nihil nescire in Philos. Nat. discipiunt, propterea que nihil intentatum relinqunt, eorum etiam, quae impia, quae magica, & superstitionis sunt, plerumque jacturam faciunt, si non cum Plinio, ipsius vitae, pietatis certe, & religionis. Quid tot magnorum Virorum exemplis, quibus his nostris & superioribus temporibus usi sumus, satis superque constat, estque adeo impromptu, ut dubitemus nos, an sit in Philosophia omni proximior ad impietatem & superstitionem via, atque haec, quam sternit simulata isthaec rerum obtrusissimarum scientia. Est vero ea non perniciosa solum, ut vidimus, verum etiam simul magnum agmen vitiorum secum dicit, in quibus duo maxime excellunt. Alterum impostura est & nimia quaevis credendi facilitas, surpissimum illud, quod dici potest aut cogitari in literis & literatis vitium, quod ipsam naturam animamque destruit scientia, ut loquitur Fr. B. de Verulam: Alterum sacrorum & solidioris Philosophiae contenatio est. Priori facile fit, ut qui Philosophi videri volunt, imitentur mores vulgi, quos Tacitus eleganter his verbis describit: Fingunt simul, creduntque. Posteriori autem fieri solet, ut sacra, si forte cum simulatae hujusmodi scientie hypothesis non convenient, mutantur, mutilentur, evertantur.

lib. i. de Augm. Scient.

Vid. B.d. V. lib. i. Aph. V.

In Instanc. contra Medit. Cart.

Qvae omnia cum ita sint, facile intelligitur, quo loco debeant haberi complures Physicorum cum sua isthac πανεπιστημα similatione, praesertim si addatur illud, quod primo loco monendum fuisset, quod omnis illa simulatio nihil conferat ad inquisitionem veri, sed huic officiat potius, eandemque maxime impedit. Saepe equidem se immiscere Naturae Mechanicus, Magus ceterique scientiarum in Philosoph. Nat. simulatores: Sed omnes (quia omnia se jam scire credunt) conatu levi, successu tenui, frustus salutari nullo. Idem

dus recte scribit, eam nulli veritati inveniendas utilē esse, idem, in qua, nos quoque de omni illa πανεπιστημα rerum Nat. simulatione scriptum intellectumque merito censemus, nihil aequre facile simul admittentes, atque illud, quando Nonnemo, quo quāgre, inquit,

in Philosophia Nat. est arroganter, & sibi soli plura tribuens, hoc minus  
est rerum Nat. peritus & ad inquisitionem veri magis ineptus. Quae o-  
mnia quam vere à nobis hæc tenus sint disputata, exempla egre-  
gie demonstrabunt, quorum in postrema hac Disputationis parte  
meminisse, non erit alienum.

§.13. Videlicet non desunt ignorationis nostræ simulatae-  
que aliorum scientiae exempla in ipsis quoque Sacris literis, si-  
quidem ea in hunc locum transserter fas esset. Ita namque Eccl.  
cœlestes, cum Davide, modum generationis humanae, ipse Ser. Eccl. XI,  
vator noster, viam motumque venti, Jobus, opera vel modum Psalm.  
creationis, & Deus ipse apud Jobum XXXIX. XXXIX. & seqq. CXXXIX  
Cap. plenaque rerum creatarum nos ita latere, docent, ut à nul. Job. III.  
lo mortalium certo agnoscí possint; ubi simul identidem illi, Job.  
qui omnium harum fagnaros esse simulant, jure meritoque re. XXVI.  
prehenduntur, quales sunt cum ipso Cartesio Cartesianorum  
plerique, qui creationem & hujus modum se scire, ex sua artis  
Mechanicae praeceptis omnia explicare posse gloriantur. Ve-  
rum enim vero haec & ejusmodi ex aliena messe in hunc lo-  
cum translata videri poterant: itaque non male à nobis hic  
praetermittuntur, aliis, quae maxime hoc facere videntur, in  
illorum locum surrogatis. Scilicet duæ sunt Philosophia Nat.  
partes, altera, quae historiam hujus Philosophiae & rerum Nat.  
tradit, altera, quae Philosophiam & res ipsas exponit. Illam  
scientes prudentesque hoc loco iterum praetermittimus, quia  
longum foret omnia et singula persequiri; (licet alioquin ferre  
innumerabilia comprehendant, quae non possunt non ignorari,  
adeoque docte neciri) ut liquet ex scriptis Plinii, Cardani, Alberti  
atque aliorum, in quibus multa temere, et parum cum dele&tū  
judicioque recepta sunt, quae summo jure ad doctrinam nostram  
ignorationem referri potuissent. Haec vero, quae duabus ite-  
rum partibus, generali et speciali, constat, quatuor prior gene-  
ratim de principiis seu causis, et affectionibus corporum, po-  
sterior de corporibus sigillatim, agit, haec, inquam, alia atque  
alia

alia suppeditabit doctae ignoracionis nostrae et simulatae aliorum scientiae exempla. De quibus praecipua quaeram pro in genii nostri viribus huc transferemus.

§. 14. Primum Physici de principiis corporum disputant, intelligentes horum nomine nihil aliud, quam causas corporum, a quibus, ex quibus, per quas, et proprias quas sunt corpora, & res naturales omnes. At quanta sententiarum atque animorum dissensione hanc rem exponunt! quam arduum et difficile est in tam magna sententiarum varietate inter verum discernere & falsum! & quantum est, quod, etiam si omnia egregie, ut possunt, exponunt, ignorant cum Antiquissimis Recentiores & singuli & omnes! Commodo hic venit in mentem illius recordari, quod in hanc rem perscripsit Auctor Philos. Vet. & Nov. quando, non aliud, inquit, Philosophorum cum veterum, tum recentiorum ingenia exercuit magis, quam principiorum indagatio: Idque eo magis, quod prima rerum initia in naturae abdito delitescunt, vixque ab humana mente erui possunt. Nam ut homo inter res intelligentias & corporeas medio quodam loco est constitutus, sic ea tantum consequi potest, quae in medio sunt posita. Quae autem extrema sunt, ea mentis aciem magna ex parte fugiunt, neque enim ullius pene rei initium & finem intueri potest. Hinc tunc Philosophorum sectae de principiis corporum emersere, quod de omnibus judicium ferre velint, quaeque sunt densa caligine involuta, penetrare: cum longe utilius esset, quae mentibus nostris sunt attemperata, & in mediocritate quodam posita, persequi, quam in illis, quae omnino sunt occulta, & ingenii nostri vim superant, consensere. Ipse autem postea cum delectu quodam & judicio in hoc capite ea, quae certo cognosci possunt, ab iis, quae incerta & dubia sunt, segregat, ita ut illa, (quae oppido pauca sunt) se scire profiteatur, de his autem non nisi opinionem dicat cum suam tum aliorum. Ecquid vero hoc est aliud, quam ignoracionem principiorum Physicorum deesse dissimilare! At ita fieri omnino debebat. Nos certe ad hunc modum in hoc capite versari satius esse judicamus, quam unam unius de principiis corporum sententiam amplecti, adeoque vel cum Pythagora et Platone omnia

p. 17.

mnia ad numeros atque ideas rerum aeternas referre, vel cum  
Aristotele & Fabro amateria, forma et privatione omniaderiva-  
re, vel cum Democrito, Epicuro & Gassendo in principiis rerum na-  
turalium atomos tantum numerare & inane, seu spatum, vel cum  
Mechanicis motum & materiam, vel cum Cartesio, & aliis, aliud  
quid, ab illis parum forte diversum, pro principiis rerum natu-  
ralium habere, in que his exponendis ita versari, ut existimes  
more Cartesiano, te nihil scribere, dicere & docere, nisi quod sit  
accurate demonstratum.

S. 15. Quod ad fines rerum Nat. (ut de effidente causa,  
nihil dicamus) attinet, eos in Physicis perscrutari jamdudum  
non modo & utile est, verum etiam prorsus necessarium, ut à  
Boylaeo, Giffendo, Moro atque aliis egregie est demonstratum.  
Sed vero ut fines illi propemodum sunt infiniti, si praeter uni-  
versalem particulares etiam respicias; ita fieri non potest, ut  
Philosophus unus, vel etiam singuli & omnes omnium scientes  
sint & guari. Evidem universalem seu generalem finem re-  
rum Nat. nemo unus est, qui nescire possit, nisi ille fortassis qui  
sit alius & vanae simulator scientia, ut jam jam videbimus: at  
particularium non nisi partem novisse concessum est. Maxima,  
certe pars eorum, quae de finibus rerum naturalium sciuntur  
est minima pars eorum, quae ignorantur. Unde ipso Cartesio  
longe est modestior in hujus interpretatione capitinis *Auctor An-*  
*not. in Cart. Princip.* quando, ait novimus, inquit, Deum esse sapientem,  
scimus enim propter finem, eundemque praestantisimum, semet ipsum ag-  
gere, in quo vanam urique gloriam non quæsivit; ambitionis instar & su-  
perbi, sed congruerter sanctitati suae fecit. Praeter finem hunc ulti-  
mum & principalem sunt alti subordinati, ex quibus tamen non nisi oppi-  
do paucos scimus, reliquos ignoramus. Haec insignem modestiam  
præferunt, & luculentum doctae ignorantiae nostrae exem-  
plum præbent. Neque vero nos dubitamus, quin quisque fa-  
cile nunc ipse animadvertis, satius esse sic modeste de finium  
cognitione judicare, quam per alias simulationem scientiae,  
cum Empedocle, Democrito & Epicuro docere, res naturales omnes

cœco

coeco qvodom impetu & necessitate factas esse, eodemqve modo omnia nunc agere, qve agunt nullo fine praefituto: vel cum Cartesio & Spinoza (qui tamen vehementius erravit, qvam Cartesius) afferere, qvod Naturae finem nullum sibi praefixum habeat, qvod omnes causae finales nihil sint nisi humanae mentis signentia, qvod Deus in agendo nullum habeat finem, qvodque nihil rerum naturalium, neque adeo etiam ipse homo sit factus ad colendum Deum, & quae alias sunt impietatis juxta & ineptissimae scientiae argumenta. Videmus toto die qvo prolabantur cum sua isthac simulata scientia illi, qui omnes corporum coelestium fines se scire gloriantur qvas non futurorum hariorum, vatumque praedictiones, qot prodigia rerum & portenta singunt! qot hominum genera, qui sole, qui lunam, qui reliquias stellas incolunt, somniant! Qvae ramen omnia satius esset nescire, qvia docte ignorari poterant, & sine impietate doceri aut sciri nequeunt. Elegantissime hujusmodi simulata scientiam de finibus corporum coelestium describit Summe Reverendus ac Excellentissimus Dn. Doct. & Prof. Roschelius nobis nunquam sine honoris titulo nominandus, in Pos. Phys. Miss. 4. & XXXVII. *Lovis est*, inquit, *scientiae parum aut nihil, vanitas plurimum continet.* Sed haec hactenus de finibus rerum naturalium; Nunc de materia & forma, utpote qvae principia sunt corporum interna.

S. 16. In hoc iterum capite tot fere sunt doctae ignorationis nostrae simulatae qve aliorum scientiae documenta, qvit sunt eorum, qui de materia corporum naturalium, de materia prima, de primis rerum elementis, de atomis, de principiis Mechanicorum Chymicorumque, item de formis rerum naturalium, de origine formarum, de formis substantialibus atque accidentalibus unquam qvicquam prescripsere. Seqvetur deinde, de corporum affectionibus, de quantitate de qualitatibus & motu corporum naturalium capit longe difficillimum, qvod plenum iterum est exemplis, utriusque partis argumenti nostri. Seqvetur porro pars specialis Philosophiae Nat. qvae de corporibus horumque affectionibus sigillatim agit, & omnibus sui par.

partibus oppido paucos, doctos ignorantiae disimulatores, at  
bene multos parumque modestos scientiae & τεωφίας simu-  
latores suppeditabit. Sed vero non licet singula haec perse-  
qui, quia, quae ut cuncte disputata hactenus sunt, jam supra  
modum excrevere, atque adeo nunc demum ostendunt, rem  
eam, de qua disputamus, nostras forte superare vires, & longe  
majorem esse, quam ut una, & ea quidem exigua, disputatione  
nostra comprehendendi atque explicari possit, cum integri volu-  
minis res sit. Dabit interea operam Praecellens DN. PRAESES  
Fautor ac Praeceptor noster honoratissimus, ut propedi-  
em rem eandem copiosius paulo & diligentius, quemadmodum  
nos supra promisimus, per aliquot vel etiam singula Physices  
capita, exponat. Nos de formis & qualitatibus rerum naturalium  
oppido pauca hic adjungemus, scilicet satius esse existimamus quan-  
dam rerum naturalium formas ignorare, quam temere vel cum  
Platone animam mundi, vel cum Helmontio Archaeum vel cum Henr. Mo-  
ro principium aliquod Hylarchicum, vel cum aliis aliud quid ex-  
cogitare, vel etiam cum Cartesio, & quae cum sequuntur, formam  
hominis & bestiarum, imo omnium corporum ita exponere.,  
ut forma communis sit omnium, et nihil aliud quam cumulus  
propriatum, figurarum, qualitatum &c. ut, inquam, homines  
in machinas mutentur, &, quod ineptius, bestiae convertantur  
in lapides, ligna, truncos & si quae sunt alia his etiam inferiora.  
Satius est, quandoque, ubi opus est, ad qualitates occultas con-  
figere, quam cum Cartesio ad materiam subtilissimam & parti-  
culas rerum configere, vel cum aliis superstitiones & falsas re-  
rum qualitates pro causis veris venditare, atque ita se turpitur-  
dare. Rident equidem has qualitates occultas Lyncei nostri, (sic lo-  
quitur b. Morhofius) & eos qui ad eumodi qualitates configunt. Ve-  
rum o boni, nescitis, quam vos in ipsis demonstratiunculis vestris nihil  
sciatis! At vero, dicitis in ipsis minutis naturam recognoscimus, in parti-  
culas ob longas, ramosas, globosus resolvimus: nihil oculos nostros, perspicillies  
armatos, fugiet. Sed nibilo tamen sapientiores per vos facti sumus. Quam

diu rerum missiones ignoramus, nihil omnino novimus. Propria illa pos-  
tius pensanda sunt, quam remotione. In illis habitat natura, mora-  
tur, palpatur: In his dispersa est, & a sensibus & mente nostra recedit.  
Sed ita plerumque comparatus est hominum animus: Transfugit in medio  
postea; & fugientia captat.

S. 17. Hic valeant omnes, qui vel omnium vel earum rerum naturalium, quae sciri nequeunt, scientiam simulant: Nos doctam et dissimulatam nostram, quam hactenus utcunqve de scripsimus, ignorantem, optimam illam in Philosophia Nat. docendi et proficiendi rationem, laudamus, atque ad ultimum eos, qui bona spe pleni nobiscum ad philosophiam Nat. accedunt, nec tamen omnia simul penitus introspiciunt, monemus, ne difficultate & magnitudine rerum deterreantur, aut se delusos esse querantur. Quaerant potius inquirendo indies magis magis, proficiant. Sic ubi forte vires deficiant, & quae sciri nolunt, inveniantur, cogitent, Naturam rerum ingens esse quoddam sacrumque templum, in cuius adyti habitet, potentiamque & sapientiam suam inexhaustam explicit exerceatque Numen divinum, nobis vero hominibus eo penetrare non licere. Inter ea illud quod perspicere possunt, auro quovis pretiosius esse habendum existiment, nullaque occasione magis, quam bac quidem, recordentur il-  
lius Poetae, quod in eam rationem definit: Et aliquid  
prodire tenus, si non datur ultra.



AB + 72 (1/18)




SB

Sp 15.

VRA



B.I.G.



13 15 22  
et disfimu-

indam rerum  
gnorationem  
ata aliorum

collatam,

Vitenbergensis  
RESIDE

CO Klausing/

I. VWestph.

PHORUM ADJUNCTO.

I. d. 2 Mart. 1700

orio Majori

xamini submittet

condens

HENR. Pagendarm /

Vestphalus.

BERGAE

IANI FINCELII.